



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XII Quod secu[n]dus saluatoris adue[n]tus non humilitate vt prius, sed in
gl[or]ia demonstra[n]dus sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

Quod secūdus Saluatoris aduentus
non in humilitate vt prius, sed in gloria de-
monstrandus sit. Cap. XII.

Mat. 24

Sicut eī fulgur exit ab oriēte (dicēte in euāgelio
dñō) & paret vsc̄ in occidentē, ita erit aduent⁹
filij hominis. Hoc quoq; sciendū est, quod secū-
dus saluatoris, non in humilitate vt prius, sed in glo-
ria demonstrandus sit. Et post pauca infert dñs & di-
Eodem cit: Sol obscurabitur & luna dabit lumen suū, & stel-
læ cadent de cælo, virtutesq; cælor̄ mouebūt. Nō
diminutione luminis alioquin legimus solem septu-
plū habiturū luminis, sed comparatione veræ lucis
omnia videbuntur visuri tenebrosa. Si itaq; iste sol,
qui nunc per totū orbē rutilat, & luna quæ secundū
est luminare, & stellæ quæ ad solatiū noctis accensæ
sunt, omnesq; virtutes, q̄s angelor̄ multitudines in-
telligimus in aduētu Ch̄ri inter tenebras reputabūt,
decutiantur superciliū eorū, qui se sanctos arbitrantes
p̄sentiā iudicis non formidant, & tūc (inquit dñs) pa-
rebit signū filij hominis in cælo. Signū hic autem cru-
cis intelligamus vt videant, iuxta Zachariam & Ioā-
nem, Iudei quem cōpunixerunt. Aut vexillum victo-
riæ triūphantis, quia tunc plangent omnes trib⁹ ter-
ræ. Plangent hi qui municipatum non habent in cæ-
lis, sed scripti sunt in terra.

Qualiter intelligendū est, quod Christus
venturus de cælo, iudicaturus sit viuos &
mortuos. Caput XIII.